

Ezech. & Cass. Peucezum, cap. VI. de divinatione extispicum.

31. VII. Dominus suo duræ cervicis populo comminatur, fore, ut *diebus multis. desideat nullo Rege, nulloq; Principe, & nullo sacrificio, & nulla statua: nullo deniq; Ephod, & Teraphim.* Os. III, 3. Comminari Deum ^{Osee III, 3.} populo suo ablationem & Politia & Ecclesia, manifestum est; & quidem in hac non veri solum cultus ever- sionem, sed & falsi, ad quem Judæi perquam erant pro- clives, ἔχοντες περιεσήμενον ἡμῶν νεφ. μαρτύρων, adfere- re, si opus, possemus. Adeundi autem B. Meisnerus, Johannes Tarnovius, Cornelius à Lapide, Franciscus Ribe- ra 'Commentariis in Oseam: quorum postremus longum probationis funem ducit, ut *Teraphim* hic ido- la significare obtineat.

R. D. Camius in h. l. אין זבח ליהוה ואין מצבור: לעז ואין אפוד ליהוה ותרפיים לעז: i. e. *Quod dicitur apud Prophetam: absq; sacrificio: illud respicit verum Deum: absq; statua; cultum alienum: absq; Ephod; iterum Deum verum: absq; Teraphim; denuò cultum alie- num.*

32. Quæ Moncejus profert Lib. I. de vitulo ^{Monceji opinio de Teraphim.} aureo, cap. XIX. & XX. quibus probare satagit, *Tera- phim fuisse Cherubim; ea tanti esse momenti non arbi- tramur, ut ea propter sententia altera repudietur. Qui verò Teraphim fuisse Seraphim contendunt; idque statuminare ex Cedreno moliuntur, qui pro Teraphim ponit Seraphim: illi non attendunt Cedreni Seraphim cubare in mendo.*

33. Utrum verò in specie certum aliquod ido- lum, quale fatidicum caput Labanis fuisse, R. Elieser trade-

C

trade-